

Bibliotheca botanica recensens libros plus mille de plantis huc usque editos, secundum systema auctorum naturale ... dispositos ... / [Carl von Linné].

Contributors

Linné, Carl von, 1707-1778.

Publication/Creation

Amsterdam : Widow & Son of S. Schouten, 1751.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/vs4b65rr>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



62776/3


The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

Accession Number

Press Mark

LINNAEUS, C.



U5

K. K. 11

CAROLI LINNÆI

Archiatr. Reg. & Med. ac Botan. Prof. Upſal.

BIBLIOTHECA
BOTANICA

recensens

LIBROS PLUS MILLE

de plantis huc usque editos,

SECUNDUM

Systema Auctorum Naturale

in

CLASSES, ORDINES, GENERA & SPECIES

dispositos,

additis

Editionis Loco, Tempore, Forma, Lingua &c.

Editio altera, priori longe auctior & emendatior.

AMSTELODAMI,

Apud Viduam S. SCHOUTEN & FILIUM, 1751.

CAROLI FINNIE
BIBLIOTHECA
BOTANICA

BIBLIOS P. MILE



AMSTELODAMI

YOUNG & SONS & SCHOONER & ELLIOTT, 1820.

P R Æ F A T I O.



bibliothecam, primam Botanices partem, heic breviter & compendiose Illustri Lectori exhibeo.

Primarius noster scopus hic est ad redigendos Auctores in ordinem, seu Libros Botanicos in methodum naturalem, ut Tyrones sciant quos libros eligere debeant, Auctoresque noscant, qui in hac vel illa Scientiae nostrae parte scripserint.

Judicium de libris singulis dare nimia esset protervia; quis non amat & defendit propriam sobolem? quis omni caret errore? quis, nomine dignus, suo tempore non aliquid utile praestitit? mira tamen est inter Auctores discrepancia, toto coelo a se invicem distans, quos usus sanæ rationis optime novit distinguere, pauci etiam in omni scientia fuerunt, qui excelluerunt. L
* 2 gnos-

P R A E F A T I O.

gnoscendum semper est veteribus & demortuorum manes nunquam molestandi, nec ea a Priscis exposcenda, quæ hodierni scire debent; futura enim ætas errores etiam in nostri seculi doctissimis operibus videbit; non omnia novimus omnes.

Omne in toto terrarum Orbe habet suam epocham, in qua accrescat, persistat, & destruatur, sed speciatim præ reliquis suam subeunt metamorphosin Plantæ, quæ e parvo semine lente & insensibiliter excrescunt, serò speciosos suos flores, omnium oculis delectabiles, explicant, &, peracta florescentia, fructus tandem desideratissimos proferunt; quædam primo anno florent & pereunt, aliæ secundo, tertio &c. aliæ perennes sunt, aliæ per integrum seculum vix flores protrudere possunt, ut Palmæ & Aloës quædam species.

Inter omnes tamen Plantas nulla est mirabilior, nulla serius crescit quam rarissima illa, quæ ~~Bontavixn~~ proprie dicitur, cuius longam descriptionem, paucissimis

P R A E F A T I O.

mis verbis , heic adumbrare animus
est.

- ꝝ In *Græcia* , mox ab Alexandri Magni tempore , terræ committebatur semen hujus plantæ , quod cito propullulabat , sed sola tantum **FOLIA SEMINALIA** ostendebat per tria integra secula .
- ꝝ Debellato *Mithridate* per *Pompejum* planta hæc inter spolia transportabatur *Romanum* , ubi felicius germinabat , & **FOLIA RADICALIA** quam plurima , viridis- sima ac vivacissima emittebat , ut cau- lis quotidie exspectari posset , sed cum hic ultra seculum felicissime cre- visset , vili æstimari coepit , nec ullus ejus curam in se facile suscepit . Hinc planta hæc divendebatur & trans- portabatur in *Asiam* , inde tandem in *Arabiam* pervenit , ubi ad duodeci- mum Aeræ nostræ seculum vixit qui- dem , sed folia ista Romæ enata deci- debant & planta quotidie marcescebat , ut plane actum fuisset , ni eam justo tempore iterum recepissent Romani ; in **Europam** relata per tria fere secula vix

P R Æ F A T I O.

unicum folium exserebat, sed quotidie minabatur interitum, & sane conclamatum esset, nisi illo ipso tempore diligentiores admovevere manus auxiliatrices coepissent, admovebant tandem & quidem successu felicissimo; folia enim radicalia regerminabant, sed caulis vel fructificationis signum nullum, adhuc per integrum seculum, apparebat.

Tandem, circa finem seculi decimi sexti, unicum citissime e radice, tenui scapo & sine caule, exseruit FLOSCULUM, qui ut Flos ephemeri floruit; dicam repente exortus est, repente floruit, repente occidit, ut vix ullus florem observare potuerit, quem tamen diutissime, modo videre, desiderarunt, Fruetus subsequutus est nullus.

Ingresso seculo decimo septimo tandem CAULEM tamdiu exspectatum protulit, qui brevissimo tempore in maximum excrescebat altitudinem, deinde per dimidium seculum perstitit sine ullo florum signo, folia tantummodo sparsa & valde rara interdum emittens.

Cum

P R Æ F A T I O.

Cum autem tempus illud, a Diis diutissime promissum, tandem elucesceret, ecce! in primo vere Aureæ hujus ætatis & antequam nix bene soluta erat, FLOREM unicum, tamdiu desideratissimum! antecedenti simillimum, explicabat caulis, cuius tamen fructus vix ad maturitatem pervenit.

Ad exortum hujus floris crassus & confertus VERTICILLUS excrescebat, compositus e BRACTEIS numerosissimis, variis coloribus fulgentibus, quæ in quatuor dividebantur partes vel fasciculos, e quibus singulis FLOS unicus speciosissimus enascebatur. O gratissimi tamdiu desiderati flores! O mira structura florum, Mirabili magis mirabiles & diversi, tam quod ad colorem quam figuram attinet; nullus flos erat ejusdem cum altero structuræ, oppositi tamen magis conveniebant, quam proximi. Hoc modo continuabatur verticilli hujus florescentia, per integros viginti istos annos, quibus peractis totus Verticillus, Bracteæ istæ splendidissimæ, & Flores isti quatuor

P R A E F A T I O.

jucundissimi , cito emarcuere & fructus proferre inceperunt.

Absoluto hocce tempore , per totos alios quindecim annos , Planta nostra , vix unicum vel alterum exseruit florem , antequam **ALTER VERTICILLUS** circa annum 1719. explicabat formosissimos suos flores. Verticillus hic , licet paucioribus construebatur bracteis , pluribus & confertioribus tamen gaudebat flosculis , qui cum per tres modo annos floruissebat , desinebat , frumentumque serebat suavissimum.

Ulterius , octo abhinc annis **TERTIUS** Plantæ nostræ **VERTICILLUS** flore incipiebat , qui hactenus *tres* speciosissimos explicuit flores : plures *in promptu* sunt , qui undique circa caulem e calycibus suis erumpere incipiunt . Futura revelabit dies Talia fuere fata Plantæ nostræ pretiosissimæ !

Una cum Plantâ descripta **SCIENTIA** **NOSTRA** fata sere habuit eadem , illa

PRÆFATIO.

a Veteribus sata, apud Patres enata à Barbarie suppressa batur, ut plane non emergere potierit, antequam auxilia- trices manus attulere *Commentatores* & & adhuc feliores *Descriptores*.

Mirum sane erat, quod nullus Theoriam *Cæsalpini* observare potuit, licet clare & fideliter scripserit; sic die sereno cœcutimus, præjudiciis nebulae instar obvelati!

Baubinus Casparus cum Fratre *Caulem Plantæ nostræ* constituit: si non consti- tuisset, adhuc sane flores nulos pro- tulisset.

Per ÆTATEM AUREAM Botanices intelligo Viginti istos annos, ab anno 1683-1703, quo Botanici uno tempo- re numerosissimi, doctissimi, laborio- fissimi, excellentissimique, omnibus viribus, ac una veluti voluntate pro- moverunt Botanicen & læte in Eu- ropa floruerunt. In ANGLIA nempe, *Sloane*, *Sherardus*, *Plukenetius*, *Petiver*; In GALLIA *Chomel*, *Plumier*, *Magnol.*

PRÆFATIO.

In BELGIO Breynius, Commelinus uterque, Muntingius, Kiggelarius, Rheedde, Rumphius. GERMANIA Ammannus, Wolkamerus, Gottsched.

Sub aurei hujus temporis initio MORISONUS Theoriam Scientiæ veram, a Cæsalpino per integrum seculum demortuam restaurabat, quem deinde singuli, in singula parte quadrifidi præcedentis verticilli, sequuti sunt & ad majus fastigium deduxerunt, ut in Anglia RAJUS, in Belgio HERMANNUS, in Gallia TOURNEFORTIUS, in Germania RIVINUS.

Considera modo quot Novæ PLANTÆ per Sloanum, Sherardum, Plukenetium, Plumierum, Petiverum, Morisonum, Tournefortium, Breynium, Hermannum, Commelinum, Rheedde, Rumphium, Kiggelarium, Rajum &c. fuere detectæ modo per 20. hos annos! sane duplo plures quam a condito Orbe ad hæc usque tempora!

Præterlapso autem anno 1703, Botanica
vel-

PRÆFATIO.

veluti delassata , per quindecim integratos annos requievit. Quibus perfectis , in tribus annis decies magis præstит , quam per antecedentes illos totos quindecim annos. En novam scenam ! En viros novos & ^{πάντα} Botanicos! in *Germania* DILLENIUM & RUPPIUM ; in *Belgio* BOERHAAVIUM ; in *Helvetia* SCHEUCHZERUM. in *Gallia* VAILLANTUM, MAGNOLIUM, in *Italia* MONTIUM & PONTEDERAM. At Quanti viri! quæ nomina!

Ulterius ab anno 1721-1729. Botanici iterum sub umbra recubuerunt, donec tandem Celebratissimi MICHELIUS, BUXBAUMIUS & DILLENIUS observationes novas iterum orbi eruditio sistere, & telam inceptam continuare coeperunt.

Botanicos hos , veteres & recentiores , quum eorum scripta in Bibliotheca hacte , quam Illustri Lectori exhibeo , enumeravi. Libros istos , exceptis illis quos nosmet ipsi posidemus , maximum partem vidimus in Bibliothecis tam privatis , quam publicis variis.

Inter

P R A E F A T I O.

Inter Bibliothecas Botanicas privatas, easque instructissimas, quas Nobis hucusque libere adire contigit, sequentes fuerent, uti : *Upsaliæ* in Suecia Nobilissimi D.D. OLAVI RUDBECKII Filii Professoris Botanices longe Celebratissimi, & Reverendissimi S. S. Th. D. & Prof. OLAI CELSII, Botanici Doctissimi.

Hamburgi Nobilissimi J. U. L. Dom. J. H. v. SPREKELSENS Botanici Doctissimi.

Lugduni Batavorum D. D. Jo. FR. GRONOVII Botanici egregii.

Amstelodami Excellent. Viri GEORGII CLIFFORTII, Botanici Docti, Botanices & Botanicorum Mæcenatis singularis; & D. D. JOH. BURMANNI Botanices Prof. Amstelodamensi. Celeberrimi, e cuius museo Bibliothecam nostram conscriptam edimus.

Clavis.

Clavis Classem in Systemate Phytologorum.

PHYTLOGI <i>fant vel</i> BOTANIC. BOTANOPHILI. 194	I. PATRES. 5 II. COMMENTATORES. 14 III. ICHNIOGRAPHI. 22 IV. DESCRIPTORES. 30 V. COLLECTO- R.E.S. VI. MONOGRAPHI. 45 VII. CURIOSI. 77 VIII. ADONISTÆ. 90 IX. FLORISTÆ. 119 X. PEREGRINATORES. 141 XI. PHILOSOPHI. 168 XII. METHODI- C.I. XIII. SYSTEMATICI. 177 XIV. NOMENCLATORES. 190 XV. ANATOMICI. 195 XVI. HORTULANI. 198 XVII. MEDICI. 205 XVIII. ANOMALI. 211
--	---

Series

Series Classem & Ordinem.

1 PATRES.	{	1 Græci. 6 2 Romani. 7 3 Asiatici. 10 4 Arabes. 11 5 Barbari. 12
2 COMMENTATORES.	{	1 Theophrasti. 14 2 Dioscoridis. 15 3 Plinii. 19 4 Avicennæ. 20 5 Mesues. 20
3 ICHNIOGRAPHI.	{	1 Monstrosi. 23 2 Rudes. 24 3 Usitatissimi. 26 4 Nitidissimi. 28
4 DESCRIPTORES.	{	1 Neglecti. 31 2 Usitatissimi. 34 3 Selecti. 38 4 Particulares. 39
5 MONOGRAPHI.	{	1 Auctores. 45 2 Disputatores. 72
6 CURIOSI.	{	1 Europæi. 77 2 Exotici. 82 3 Muscographi. 87
7 ADONISTÆ.	{	1 Publici. 91 2 Privati. 113
		8 Sue;

Series Clastum & Ordinum.

3 FLORISTÆ. 9 PEREGRINATORES. 10 PHILOSOPHI. 11 SYSTEMATICI. 12 NOMENCLATORES.	<table border="0"> <tbody> <tr> <td style="vertical-align: top;"> 1 Sueci. 2 Dani. 3 Germani. 4 Belgæ. 5 Britanniæ. 6 Galli. 7 Portugalli. 8 Hispani. 9 Itali. 10 Hungari. 11 Poloni. 12 Moscovitæ. 13 Extranei. </td> <td style="vertical-align: top; text-align: right; padding-left: 20px;"> 121 122 123 129 130 133 135 135 135 136 136 137 137 </td> </tr> <tr> <td style="vertical-align: top;"> 1 Europæi. 2 Asiatici. 3 Africani. 4 Americani. </td> <td style="vertical-align: top; text-align: right; padding-left: 20px;"> 142 152 157 160 </td> </tr> <tr> <td style="vertical-align: top;"> 1 Oratores. 2 Eriftici. 3 Physiologi. 4 Institutores. </td> <td style="vertical-align: top; text-align: right; padding-left: 20px;"> 168 169 173 174 </td> </tr> <tr> <td style="vertical-align: top;"> 1 Heterodoxi. 2 Universales. 3 Particulares. </td> <td style="vertical-align: top; text-align: right; padding-left: 20px;"> 177 181 188 </td> </tr> <tr> <td style="vertical-align: top;"> 1 Synonymistæ. 2 Critici. 3 Etymologi. 4 Lexicographi. </td> <td style="vertical-align: top; text-align: right; padding-left: 20px;"> 190 191 192 192 </td> </tr> </tbody> </table>	1 Sueci. 2 Dani. 3 Germani. 4 Belgæ. 5 Britanniæ. 6 Galli. 7 Portugalli. 8 Hispani. 9 Itali. 10 Hungari. 11 Poloni. 12 Moscovitæ. 13 Extranei.	121 122 123 129 130 133 135 135 135 136 136 137 137	1 Europæi. 2 Asiatici. 3 Africani. 4 Americani.	142 152 157 160	1 Oratores. 2 Eriftici. 3 Physiologi. 4 Institutores.	168 169 173 174	1 Heterodoxi. 2 Universales. 3 Particulares.	177 181 188	1 Synonymistæ. 2 Critici. 3 Etymologi. 4 Lexicographi.	190 191 192 192
1 Sueci. 2 Dani. 3 Germani. 4 Belgæ. 5 Britanniæ. 6 Galli. 7 Portugalli. 8 Hispani. 9 Itali. 10 Hungari. 11 Poloni. 12 Moscovitæ. 13 Extranei.	121 122 123 129 130 133 135 135 135 136 136 137 137										
1 Europæi. 2 Asiatici. 3 Africani. 4 Americani.	142 152 157 160										
1 Oratores. 2 Eriftici. 3 Physiologi. 4 Institutores.	168 169 173 174										
1 Heterodoxi. 2 Universales. 3 Particulares.	177 181 188										
1 Synonymistæ. 2 Critici. 3 Etymologi. 4 Lexicographi.	190 191 192 192										

Pract.

Series Classium & Ordinum.

13 ANATOMICI.	1 Practici.	195
	2 Theoretici.	196
14 HORTULANI.	1 Universales.	198
	2 Particulares.	203
15 MEDICI.	1 Astrologi.	205
	2 Chemici.	205
	3 Observatores.	206
	4 Mechanici.	208
	5 Signatores.	209
	6 Chymologi.	209
	7 Botanosystematici.	210
16 ANOMALI.	1 Poëtæ.	212
	2 Theologi.	212
	3 Bibliothecarii.	213
	4 Biologi.	214
	5 Miscellanei.	214

B.I.

BIBLIOTHECA BOTANICA.

Bibliotheca Botanica continet Auctorum
de Vegetabilibus scripta.



uatenus Bibliothecā in omni Scientiā pri-
mum à Studio evolvi debeat, ita etiam
est Botanicō maxime necessaria, quum
multiplex usus inde ducitur. e. g.

- α. Fata & Progressum Botanices inde videre po-
test.
- β. Quæ inventa sunt, inde ediscere queat: adeoque
ipſi non necesse est ea elaborare, quæ antea præ-
stata sunt.
- γ. Quæ desiderantur, inde observat: adeoque quæ
addere debet, ipſe videt.
- δ. Libros genuinos a spuriis, utiles a noxiis, pre-
tiosos a vilibus, necessarios a superfluis distingue-
re queat.
- ε. Omnes qui de parte aliqua Botanices scripsere,
A vident,

2 HISTORICI LITERARII.

vident, ut quæ sibi magis utilia sint eligant. & sexcenta alia.

Methodo diversa usi fuere Historici Literarii in recensendis Botanicis, eorumque scriptis; alii scilicet methodum desumfere à *Loco impressionis Libri*, quæ Bibliopolis solum necessaria; alii à *Forma operis*, Bibliothecariis usitata; alii a *Tempore Auctoris*, editionis vel impressionis, quæ nihil singulare; & alii à *Lingua vel Natione*, quæ nihil certi continet.

Quæ cum minus Nobis placuere, propriam secuti fuimus methodum, dividentes nempe omnes Botanicos in 3 partes generales.

1. COLLECTORES continet, qui tantum modò de numero Specierum plantarum solliciti fuere.
2. METHODICOS, qui plantas in ordinem redigere tentarunt.
3. BOTANOPHILOS qui non de nominibus, sed de attributis plantarum variis, egerunt.

Ante nos varii fuere Auctores, qui Botanicorum scripta enumerarunt. ut:

MONTALBANUS Ovidius, sive BUMALDUS Joh. Antonius.

Bibliotheca Botanica.

— Bonon. 1657. 24°. p. 188.

Vide infr. Seguierius.

ROHR Jul. Bernhardus.

Bibliotheca Physica curiosa.

— Lips. 1724. 8°. plagulæ 27. german.

HER-

HISTORICI LITERARI.

3

HERMANNUS Georg. Samuel.

Bibliotheca Riviniana.

— Lips. 1727. 8°.

GESNERUS Conradus.

Bibliotheca Universalis.

De Tigur. 1545. folio.

— Rei Herbariæ Scriptoribus.

— conjunctim c. Val. *Cordi Histor. plant.*

— conjunctim c. Hier. *Tragi Histor. plantar.*

TOURNEFORTIUS Joseph. Pitton.

Isagoge in Rem Herbariam.

— Institutionibus ejus præfixa est.

Tradit Historiam Literar. secundum ætates.

HOTTON Petrus. Amstelodamensis.

Sermo Academicus, in quo Botanices fata enumerauntur.

— Lugd. Bat. 1695. 4°. pag. 9.

Classe ab ætatibus, Ordines a nationibus petit.

SEGUIERIUS Joannes Franciscus.

Bibliotheca Botanica.

— conjunctim cum

BUMALDI Joh. Ant. seu potius MONTALBANI

Ovidii, Bononiensis

Bibliotheca Botanica.

— Hagæ Com. 1740. 4°. maj. p. 450 — 62.

SCHEUCHZERUS Joh. Jacobus.

Bibliotheca Scriptorum Historiæ Naturalis.

— Tigur. 1716. 8°. pag. 241.

Methodum divisionis a Nationibus petit.

A T I

A z

ERU.

ERUDITORUM

Acta Lipsiensia.

— Lips. 4°. quotannis latine prodeunt.

FLORISTÆ Plurimi

In Floris suis semper anteposuere Libros a se allegatos.

I. P A T R E S.

Patres voco eos **Auctores**, qui de Plantis omnium primo scripserunt, vel continuarunt usque ad seculum decimum quintum.

Seculo enim XIV. post Barbariem, quæ per tot secula toto orbe regnabat, iterum repullulare cœpit Botanica, ut & reliquæ scientiæ; illa vero sensim enata, statura & fastigio, quo jam gaudet, superbit, ante dimidium vero seculum imprimis florere incepit.

Patres hi in scribendo singularem methodum adhibuerunt, & a nostri temporis scriptoribus diversissimam: maximeque allaborarunt in indagandum usum, antequam ipsas plantas dignoscerent.

Botanicis nostri seculi minus necessarii sunt hi Patres, quam olim creditum, præcipue cum quidquid scripserunt, ad maximam partem a nuda Experientia desumptum fuit; sed quam difficile sit in omni morbo, tot causis, tot gradibus, tot constitutionibus diverso, aliquid absolute secundum nudam Empiriam statuere, norunt fere omnes.

Distinguo Patres hos in IV. ordines & ætates:
 1. *Græcos.* 2. *Romanos.* 3. *Asiaticos.* 4. *Barbaros*
 continet.

S. L. G RÆC I.

Græci vocantur Patres Botanici, qui Natione Græci fuerunt vel sub monarchia græca scripserunt.

Floruerunt ante natum Christum omnes, & omnium prima Fundamenta Botanices jecerunt.

A R I S T O T E L E S Stagirita.

Vixit tempore Alexandri Magni, cuius etiam Praeceptor fuit.

Quæ de Plantis scripta sub ejus nomine exhibentur, quibusdam supposititia habentur, nec magni momenti sunt; hinc ejus scripta allegare superse-dimus.

Libri V. de generatione Plantarum & Animalium cum Theophrasti operibus simul impressi, *Gaza* interprete, communiter occurrunt.

T H E O P H R A S T U S Eresius.

Natus est Eresi in Insula Lesbo.

Discipulus fuit Aristotelis & Platonis.

Parens Botanices vulgo appellatur.

Floruit 350. annos ante natum Christum.

Plantas 500. circiter exhibit. Scripsit

Libros X. de Historia plantar. quorum 1. periit.

Libros VIII. de Causis plantar. quorum 2. periere.

— Venet. 1504. fol. lat. *Gaza* Theod. interp.

— Venet. 1513. fol. lat.

— Paris. 1529. 8°. pag. 354. lat. à *Gaza*.

— Basil. 1550. 4°. lat.

— Lugdb. 1552. 8°. lat per *Gazam*. MA-

MANUTIUS Aldus ea optime Græce folio edidit.
HEINSIUS Dan. ea græco-latina emaculatiora dedit.
— Lugd. 1613. fol. p. 508.

HIPPOCRATES Heraclii filius.

Parens Medicinæ vulgo dictus.

Floruit 230. annos ante natum Christum.

Plantarum scientiam ex professo non tractavit,
hinc editiones ejus enumerare supersedeo.

Plantas 230. circiter in operibus nominavit.

CRATEVAS coætaneus Hippocratis.

Rhizotomus ab Hippocrate dictus.

Scripta ejus periere.

§. II. R O M A N I.

Romani Patres scribere inceperunt seculo 1º. vel paulo ante, ad Romanos enim studia a Græcis, debellato Mithridate per Pompejum, translata fuerunt.

Lingua latinâ vel græcâ scripserunt.

Maxima horum pars agriculturam tractarunt.

CATO Marcus Porcius dictus.

Liber de Agricultura seu Re Rustica.

— Basil. 1527. 8º.

— Venet. 1533. 8º.

— Lugdb. 1598. 8º.

8 PATRES ROMANI.

VARRO Marcus Terentius vixit 25. annos ante Christum.

Liber de Re rustica.

— Basil. 1521. 8°.

— Paris. 1573. 8°. notis Scaligeri. paucissima de Plantis habet.

MUSA Antonius, Medicus Imperatoris Augusti.

Examen omnium simplicium.

— Venet. 1538. 8°.

EUPHORBUS Frater Musæ, Medicus Regis Zubæ.
de quo nihil nisi nomen in Botanicis superest.

MACER Æmilius.

Ligate de viribus plantarum teste Ovidio scripsit.
Hexametra nonnulla inepta, ab Ægidio conscripta, sub ejus nomine proponuntur.

Liber de viribus herbarum

— Antiquissimus 4°. cum figuris.

In Bibliotheca Rivini conservatus, an verus fuit
vel non? vide Poëtas.

BASSUS.

Geponica seu Libri de Re rustica.

— Cantabr. 1704. 8°.

APULEJUS Lucius. Philosophus Platonicus.

Herbarium ad Marcum Agrippam.

— Rom. ch. majori c. figuris. in Bibl. Rivini.

Historia de Herbarum virtutibus.

— Basil. 1528. folio.

DIOSCORIDES Pedacius.

Vixit

PATRES ROMANI. 9

Vixit sub Vespasiano vel Antonio cum Cleopatra.

Ortus fuit ex Anazarba civitate Ciliciæ.

Scripsit de plantis 600. circiter græce.

Princeps Botanicorum dictus fuit.

Libri de materia medica

— Multoties editi. vide *Commentatores* II. 2.

RUELLIUS in linguam latinam primus transtulit.

SARACENUS vero optime interpretasse Dioscoridem putatus.

COLUMELLA Lucius Junius Moderatus.

Vixit tempore Neronis Imperatoris.

Opera de Re rustica.

— Bonon. 1494. fol. lat.

— Argent. 1538. fol. germ.

PLINIUS Secundus Cajus. Veronensis.

Vixit tempore Titi Vespasiani, cui dedicavit.

Plantas plus quam mille recenset.

Historiæ mundi Libro 12. ad 27. Botanica tradit.

— Multoties edita est. vide *Commentatores* II. 3.

ÆMILIANUS Palladius Rutilius Taurus.

Vixit Antonini Pii tempore.

Opera agricolationum.

— Bonon. 1494. fol. lat. cum Columella.

— Argent. 1538. fol. lat. cum Columella.

GESNERUS Johannes Matthias.

Varro, Columella, Palladius, Martialis, Vegetius.

Opera de Re rustica.

— Lips. 1735. 4°. alph. 8°. pl. 10.

20 PATRES ASIATICI.

§. III. ASIATICI.

Asiatici Patres scripsere a seculo secundo ad Sextum.

Antesignanus horum fuit Galenus,
Cujus mancipia veluti fuere reliqui.

GALENUS Claudius.

Ortus Pergamæ, civitate Asiæ.
Scripsit plura in medicis, Botanicis mixta.
Libri de simplicium medicamentorum qualitatibus
— variis editi temporibus.

ORIBASIU.S. Quæstor Constantinepoli.

Scripsit Libros 70. quorum 17. superstites sunt.
Libri 17. Collectorum medicinalium.
— Paris. 1558. 8°. Razio Bapt. interprete.

AETIUS Amidenus. Amida Mesopotamiæ ortus.
Opera.

— Paris. 1567. folio.

TRALLIANUS Alexander. Natus in Lydia.

Libri XII. medici.

— Græco-latine. Guintero interprete.

ÆGINETA Paulus.

Opus Divinum.

— Basil. 1532. folio; Torino interprete.

Biblia Hepta.

— Basil. 1538. folio, Gemusæo recogn.

Pharmacæ Simplicia.

— Paris. 1532. 8°. Brunsfelsio interprete.

§. IV.

§. IV. A R A B E S .

Arabes Patres a seculo octavo ad duodecimum scripsere, maximeque de vi-ribus indagandis occupati fuere.

SERAPIO Johannis filius.

Commentaria de temperamentis Simplicium medicamentorum.

— Argent. 1531. folio.

— Venet. 1550. folio.

Ab Alpago & Costaeo saepius edita sunt.

RAZIS seu Razy seu Arrazy. Persa.

Al Hhaoüy i. e. Continens.

Aljama i. e. Collectio.

AVICENNA vel Abensina. Persa.

Opera.

Venet. 1608. fol. tom. 2 pag. 982. & 437.

MESUE Johannes. Filius Abdelæ Regis Damasci.

Libri III. de Re medica.

— Paris. 1544. fol. p. 350 per *Sylvium*.

— Lugdb. 1548. 8°. *Sylvio* jac. interprete.

— Paris. 1561. 8°. p. 400 per *Sylvium*.

AVERRHOES. Floruit Anno 1149.

Colliget seu Liber de Medicina.

— Venet. 1497. folio. *Surianus* emendavit.

— Venet. 1531. folio.

§. V. B A R B A R I.

Barbaros Patres voco Autores Botanicos, qui scripsere a seculo duodecimo ad decimum quintum; illo namque tempore, quo totus orbis obnubilatus erat ob neglectum studiorum, usque dum vita Botanices iterum refocillari coepit in principio seculi decimi quinti.

MYREPSUS.

Antidotarium parvum.

— Lugd. 1531. 8°. cum *Mesue*.

— Venet. 1561. folio cum *Mesue*.

— Paris. 1567. folio cum *Patibus reliquis*.

HILDEGARDIS. Abbatissa.

Physica. . . Leguminum, Fruct. Herbar. &c.

— Argent. 1533. folio.

— Argent. 1544. folio.

SYLVATICUS Matthæus. Mantuanus.

Opus pandectarum Medicinæ.

— 1511. folio.

— Venet. 1524. folio.

— Taur. 1526. folio.

CUBA Joannes.

Hortus sanitatis. (quid ineptius?)

— Aug. Vind. 1486. folio. germ.

— Mogunt. 1491. fol. lat.

— Lybecæ 1492. fol. germ.

Hor-

PATRES BARBARI 13

- Hortus Venet. 1511. fol. lat.
— Lybec. 1520. fol. germ.
— Argent. 1521. fol. germ.
— Argent. 1529. fol. germ.
— Francf. 1537. folio. per *Roeslinum*.
— Francf. 1555. 4°. germ.

QUIRICUS de Augustis de Thertona.

- Lumen Apothecariorum. (quid obscurius?)
— Aug. Vind. 1486. fol. germ.
— Venet. 1541. folio.

DE BOSCO Joannes. Alexandrinus.

- Luminare majus. (quid minus?)
— Venet. 1517. fol.
— Venet. 1561. fol.

SUARDUS Paulus. Mediolanensis.

- Antidotarium. (quid absurdius?)
— Venet. 1551. folio.

CRESCENTIUS seu de Crescentiis Petrus. Sena-

- tor Bonon.
Liber de Agricultura.
— Basil. 1538. 4°.
— Basil. 1548. folio.
— Craco. 1571. folio. figuris.

Ulterius numerum librorum, a Patribus Botani-
nices conscriptorum, continuare superfluum duco,
principue cum rarius nobis obveniunt, nec magni
usus sint futuro Botanico.

II. COM-

II. COMMENTATORES.

**Commentatores sunt Botanici Collectores,
qui Patrum scripta dilucidarunt.**

Primas a Barbarie temporibus, Botanicorum tantum non omnium labores in explicandis Patrum scriptis constitere, quasi tota Botanica in eis sepulta fuisset,

Hinc alii transtulerunt in varias linguas, alii notulas quasdam adjecere, alii in epitomen contraxe-re, alii descriptionibus auxere, & alii figuris orna vere Patrum ejusmodi scripta.

Quum inde minorem, quam putaverant, reportarunt fructum; nostro tandem seculo, exolevit fe-re modus ille commentandi.

Cumque maxima pars Patrum, plantas, quas tradiderunt, recensuerunt tantum, vel imperfecte admodum descripsierunt, facilius esset nodum gordium solvere, quam aliquid certi in plurimis plantis de terminare, si ratio haberetur speciei.

§. I. THEOPHRASTI.

**Theophrasti Commentatores illustrarunt
scripta ejus de Historia & Causa
plantarum.**

BODÆUS a Stapel Joannes.

Histo-

COMMENTATORES DIOSCORIDIS. 15

Historia Theophrasti de Plantis, Græco-Latin.
— Amstel. 1644. fol. cum iconibus rariorum.

SCALIGER Julius Cæsar.

Animadversiones in Theophrastum de causis plan-
tarum.

— Genev. 1566. fol. pag. 396.

Animadversiones in Theophrastum de Historia plan-
tarum.

§. II. DIOSCORIDIS.

Dioscoridis Commentatores voco illos,
qui Libros ejus de Materia Medica vel
transtulerunt vel explicarunt.

Horum maximus existit numerus, cum in tradendis
plantarum viribus palmarum reliquis Patribus eripuit
Dioscorides; Hinc seculis posterioribus, omnia, quæ
ad usum plantarum medicum spectarent, ab eo ad-
discere tentarunt Medici.

HERMOLAUS Barbarus. Venetus.

Libri V. Corollariorum in Dioscoridem.

— Colon. 1530. fol. Lat.

RUELLIUS Johannes. Gallia-Suesson.

Libri VI. Dioscoridis.

— Paris. 1516. folio.

— Basil. 1542. 8°.

— Francof. 1549. folio.

— Lugdb. 1552. 8°. cum fig.

— Lugdb. 1554. 12.

VER-

16 COMMENTATORES DIOSCORIDIS.

VERGILIUS Marcellus. Florentinus.

Interpretatio Dioscor. cum commentariis.

— Florent. 1518. folio.

— Florent. 1523. folio.

— Colon. 1529. folio.

— Basil. 1532. 8°. p. 684.

CORDUS Valerius. Hessensis.

Annotationes in Dioscoridem.

— Francf. 1549. folio.

— Argent. 1561. folio.

AMATUS Lusitanus.

Enarrationes in Libros V. Dioscoridis.

— Argent. 1554. 4°. p. 536.

— Venet. 1557. 4°.

— Lugdb. 1558. 8°. p. 807. Lat. figur. Parv.

LACUNA Andreas.

Commentaria in Dioscoridem.

— Salmant. 1552. fol. hispanice. figuris.

LONICERUS Johannes.

Libri Dioscoridis interprete *Ruellio* picturis ultra
1000. Scholiis & adnotatis adjectis.

— Francf. 1543. fol. nominibus Græcis, Latini,
Hebraicis, Germanicis.

BELLONIUS Petrus.

Commentaria in Dioscoridem.

CORNARIUS Janus, alias Hagenbut.

Dioscorides Latine versus cum emblematis.

— Basil. 1557. fol.

GOU.

COMMENTATORES DIOSCORIDIS. 17

GOUPYLUS Jacobus.

Castigationes in Libros Dioscoridis.

— Paris. 1549. 8°. Græce & Latine.

MATTHIOLUS Petrus. Italo-Senensis.

Commentaria in VI. Libros Dioscoridis.

— Venet. 1554. fol. lat. pag. 705.

— Venet. 1560. fol. lat. pag. 776.

— Venet. 1570. fol. lat. pag. 956.

— Venet. 1583. fol. lat. pag. 772.

— Franc. 1598. fol. lat. pag. 1027. { C. Baubini

— Basil. 1674. fol. lat. } fig. 1798.

— Venet. 1565. fol. Italice. fig. Paris.

— Venet. 1565. fol. Italice. fig. magris.

— Venet. 1604. fol. Italice. p. 1527. fig. mag.

— Francf. 1590. fol. germ. Camerarii.

— Francf. 1611. fol. germ. Camerarii.

— Lion. 1655. fol. gallice. pag. 605. icon. B.
minimis.

PASINUS Anton.

Emendationes in Versionem Dioscoridis à Matthiolo.

— Bergam. 1591. 4°. Italice.

SARACENUS Janus Antonius. Lugdunæus.

Opera Dioscoridis ex nova interpretatione.

— Francf. 1598. 4°. p. 497. Græco Latine.

Scholia in Dioscoridis libr. V. de materia medica.

— 1598. fol. p. 144.

PADUNENSIS Petrus.

Liber virtutum simplicium medicamentorum.

— Lugd. Bat. 1512. 12°.

18 COMMENTATORES DIOSCORIDIS.

TEXTOR Benedictus.

Differentiæ stirpium ex Dioscoride secundum locos
communes.

— Venet. 1537. 12°.

— Argent. 1552. 4°. adnexus Trago.

ANONYMUS. apud Schottum editus.

Certissima Adry totius Dioscoridis Historiæ Plan-
tarum.

— Argent. 1542. fol. germ. figur.

CORNELIUS Petrus. Leidensis.

Annotationes in IV. Libros Dioscoridis.

— Antw. 1553. 8°.

CASTELLUS Jo. Rodericus.

Index sive Exegemata in Dioscoridis historiales
campos.

— Antw. 1536. folio.

CONTANT Jacobus & Paulus Fratres. Pharmacopæi.

Notæ in Dioscoridem.

— Pictav. 1561. folio.

DANTZIUS von Ast. Johannes.

Tabulæ simplicium Medicamentorum apud Dios-
coridem.

— Basil. 1543. folio.

BIRGERN Johannes.

Opera Dioscoridis.

— Francf. 1610. fol. germ. figuris.

KEMPFERN Erasmus.

Opera Dioscoridis.

— Francf. 1614. fol. figuris.

§. III,

COMMENTATORES IN PLINIUM. 19

§. III. PLINII.

Plinii Commentatores ejus Historiam Mundi in varias linguas translatam, vel notis illustratam, exhibuerunt.

HERMOLAUS Barbarus.

Castigationes in Plinium.

— Rom. 1492. folio.

— Venet. 1497. folio.

DALECHAMPIUS Jacobus.

Plinii Historia Mundi cum annotationibus.

— Aurel. All. 1604. fol. p. 292.

— Francf. 1608. 8°.

GELENIUS Sigismundus.

Plinii Historia Mundi cum castigationibus.

— Colon. 1631. folio.

PINETUS Antonius.

Plinii Historia Mundi.

— Lion. 1584. fol. tom. 2. Gallice.

SALMASIUS Claudius.

Exercitationes Plinianæ.

— Ultraj. 1689. folio.

VARIORUM Barbari, Pintiani, Rhenani, Gele-
nii, Dalechampii, Scaligeri, Salmasii, Vossii,
Gronovii

Commentaria & adnotationes in Plinium.

Lugd. Bat. 8°. tom. 3.

20 COMMENTATORES IN AVICENNAM &c.

§. IV. AVICENNÆ.

Avicennæ Commentatores opera ejus magis repurgata nobis reliquere.

Multi ejusmodi Commentatores sunt, quorum scripta præterimus. E. gr.

ALPAGUS Andreas.

RINIUS Benedictus. Venetus.

COSTÆUS Johannes.

MONGIUS Paulus,

BELLUNENSIS Andreas.

PLEMPIUS Vopiscus Fortunatus.

Canones Medicinæ, libro 2^{do}. folib.

§. V. MESUES.

Mesues Commentatores nonnulli sunt, ut

COSTÆUS Johannes.

Annotationes in Mesuem.

— Venet. 1570. folio.

MONARDES Johannes.

Epistolæ Medicinalium cum Annotationibus in Mesuem.

— Lugdb. 1556. folio.

Ex

COMMENTATORES IN MESUEM. 21

Ex hisce Commentatoribus non pauci fuere , qui Auctoris sui scripta propriis Descriptionibus & satis nitidis Iconibus , ornarunt ; Qui libri nostro tempore magis in usum adhibentur ob figuræ & descriptiones , quam ut ipsos Patres intelligamus.

III. ICHNIOGRAPHI.

Ichniographi sunt, qui picturis ipsas plantas veluti in speculo repræsentare satagerunt.

Cum Commentatores in investigandis speciebus se toties falli videbant, satius duxerunt plantas prius Depingendi & Describendi, deinde nominandi, ne nomina notarum cum aliis confunderentur.

Figuræ sunt vel Ligno vel Æri incisæ, quarum hæ communiter nitidiores & accuratiores, illæ vero plerumque rudiores sunt, si paucas excipiamus.

Veterum pauci sunt qui Icones accuratas exhibent; nostro autem seculo hæc, uti reliquæ artes, florere cœpit.

Dolendum tamen est, quod tanti errores sæpe committantur a Sculptoribus, ut in minutissimis partibus raro eis fidere possimus.

Paucissimi etiam Botanici fuere, qui ipsi suas figuræ Æri inciderunt, si excipiamus *Columnam* & *Celloberr. Dillenium*, *Houstonum*, & *Catesby*.

DILLENIUS excellit in *Iconibus aeneis*, **RUD. BECKIUS** uterque autem in *Ligneis*.

Plurimæ Veterum Icones in eo sæpius nos fallunt, quod plantas repentes exhibent erectas, nec non majores & minores arbores & herbas æquali magnitudine repræsentant; Non tamen figuræ justo majores pingendæ sunt, ut in *Horto Malabarico*

sæpius

sæpius vidimus; Natura enim quantum fieri potest imitanda est.

Sunt qui lineis tantum marginalibus vel fundamentalibus plantas nitidius & clarissim exhibuerint (ut *Fuchs* &c.) quam alii elaboratissimis & umbrosis suis picturis.

Coloribus illuminatas figuræ potius reliquimus viris minus Botanicis & Curiosis, vulgo nominatis, communiter enim pejor est illuminatio quam insculptio, cum minimas lineas oblitterat.

S. I. MONSTROSI.

Monstrosæ Icones sunt, si cum plantis, quas referre debent, vix ullam habent similitudinem.

Tales plures habemus in *Dorstenio*, *Lonicero*, *Trago*, *Nylando*, &c.

JARAVA Johannes.

Historia plantarum a Dioscoride & aliis.

— Antv. 1557. 8°. p. 250. totidem figuræ. hispanice.

FUCUS Leonhardus. alias *Fuchs*,

Historia generalis plantarum.

— Trojes. 12.

His addere etiam possumus Botanicos quosdam Medicos. e. gr.

PALMBERG Johannes. Suecus.

Serta Florea Suecana.

— Stregn. 1648. 8°. Suet. p. 416.

BRAUNER Johannes Jacobus.

Thesauri Sanitatis tomus tertius.

— 1728. 8°. germ.

MYLLERUS Samuel.

Vade mecum Botanicum.

— Francf. 1687. 8°. p. 869. germ.

BRUNSWIG Hieronymus.

Apothecca vulgi.

— 1729. 8°. p. 120. german.

§. II. R U D E S.

Rudes Icones dicuntur, quando figuræ
rudiori modo exhibent plantas.

Tales habemus apud Baubinum, Roslinum, Turno-
rum, Thurneisserum, Durantem, Carrichtberum, Par-
kinsonum.

CHABRÆUS Dominicus.

Sciagraphia & Stirpium Icones.

— Genev. 1666. fol. p. 661.

— Genev. 1677. fol.

FUCHSIUS Leonhardus.

Commentaria in Historiam Stirpium.

— Lugdb. 1651. p. 851.

Icones

Icones seorsim editæ.

- Basil. 1542. 8°. p. 516.
- Basil. 1545. 8°. p. 516.
- Lugdb. 1551. 12. p. 516.

PANCIVIUS Thomas.

Herbarium portatile.

- Ulm. 1654. 4°. obl. pag. dimid. 172. figur.
- 1363.

PINÆUS Antonius.

Epitome Historiæ plantarum.

- Lugdb. 1561. 12.
- Lugdb. 1567. 12. p. 640.

EGENOLPHUS. Chr.

Imagines Herbarum vivæ.

- Francf. 1536. 4°. germ.

Effigies plantarum, arborum, fruticum, & herbarum.

- Francf. 1562. 4°.

LINOCIER Georgius.

Historia plantarum.

- Paris. 1584. 12. p. 704. Gallice.

MUNTINGIUS Abrahamus, Prof. Botan. Groning.

Phytographia curiosa.

- Amstel. 1713. max. t. & f. 245.

Kiggelarius Francisc. nomina figuris adjecit. In fronte Vita Authoris ex Oratione funebri Jo. Mensingæ.

Continet liber figuræ ex reliquis Authoris operibus excerptas, optime incisas, male delineatas.

26 ICHNIOGRAPHI USITATISSIMI.

ANONYMI.

Icones arborum, fruticum, & herbarum &c.
— Lugd. bat. apud P. vander Aa. quarto oblongo.
Pro pueris, non Botanicis, pictus liber.

§. III. USITATISSIMI.

USITATISSIMI sunt, qui plantas satis accurate exprimunt, adeoque in quotidiam usum trahuntur.

Tales sunt *Morisoni, Fuchsi* III. 2.

Matthioli, Dodonæi, Tabernæmontani, &c.

DODONÆUS Rembertus.

Icones.

— Antw. 1554. 8°. p. 268.

LOBELIUS Matthias. Flandrus.

Icones plantarum.

— Antw. 1581. 4°. obl. fig. 2116.

— Antw. 1591. 4°. obl.

TABERNÆMONTANUS Jacobus Theodorus.

Icones plantarum.

— Francf. 1590. 4°. obl. p. 1128. fig. in pagina singula 2.

MATTHIOLUS Petrus Andreas.

Compendium de plantis omnibus.

— Venet. 1571. 4°. p. 921. figuræ totidem.

CA.

ICHNIOGRAPHI USITATISSIMI. 27

CAMERARIUS Joachimus. Norimbergensis.

Epitome Matthioli.

— Francf. 1586. 4°. p. 1003.

PAULI Simon.

Icones. (annexæ Floræ Danicæ.)

— Haffn. 1648. 4°. tab. 393. Danice.

TIL-LANDS Elias. Suecus.

Icones.

— Aboë. 1683. 8°. pag. & fig. 160.

MONTALBANUS Ovidius.

Hortus Botanographicus.

— Bonon. 1660. 8°.

WEINMAN Joh. Will.

Phytanthozoiconographia.

— propediem edenda. tom. X, singulus plag. 100.

Figuris coloribus impressis, variis linguis.

BOOT Anselmus Boëtius.

Icones Florum, Herbarum &c.

— Brig. 1640. 4°. oblong. Lat.

PLUKENETIUS Leonhardus. Anglus.

Phytographia, tabulis æneis.

— Lond. 1661. & sequ. 4°.

— Lond. 1692. 4°. tab. 454. figuris plurimis.

Plantas raras & exoticas plures, quam alias ullus exhibuit, ut eo carere nequeat ullus in exoticis plantis. Opus incomparabile.

VALENTINUS Michaël Bernhardus.

Viridarium Reformatum.

— Francf. 1719. fol. germ.

§. IV.

§. IV. NITIDISSIMI.

Nitidissimi Ichniographi sunt, qui in plantis pingendis excellunt, easque ad vivum magnitudine naturali expresserunt.

Tales sunt: *Rbeede* malab. *Breynius* exotic. *Comelinus* rarer. *Amstel.* *Ferrarius* Hesperid. & Cultura. *Gottschedius* Flor. pruss. *Muntingius* ubique. *Dillenius* Eltham. *Catesby* Carolin. & Hortus Cliffortianus.

RUDBECK Olai. Pater & Fil. Sueci.

Campi Elysii Liber 1^{mus}.

— Upsal. 1702. fol. p. 224. Gramina.

Campi Elysii Liber 2^{dus}.

— Upsal. 1701. fol. p. 238. Bulbosæ. Opus hocce 12 Tomis constabat, secundum Bauhini Pinacis ordinem elaboratum, sed misere deflagravit anno 1702. Relictis tantummodo tomis 1. & 2. impressis, quorum primi tñmi paucissima restant exemplaria.

RIVINUS Augustus Quirinus.

Ordo plantarum flore irregulari monopetaloo.

— Lipsiæ. 1690. folio.

Ordo plantarum flore irregulari tetrapetaloo.

— Lipsiæ. 1691. folio.

Ordo planterum flore irregulari pentapetaloo.

— Lips. 1699. folio.

BER.

ICHNIOGRAPHI NITIDISSIMI. 29

BERTIUS Carolus. *rectius* Basilius BESLERUS.

— Hortus Eystettensis.

— — Norb. 1612. imperial. fig. 1533.

— Hortus Eystettensis, curis secundis, tripartitus.

— — 1640. omnium maxim. vernales t. 131.
æstiv. 183. aut. 49. fig. plur.

Incomparabile opus; gratiam minuit moles. Depingit plantas hortenses bodie vulgares. Estque tantum altera editio Besleri Horti Eystettensis per Bertium.

SWERTIUS Emanuel.

Florilegium. pars prima.

— Francf. 1612. Imperial.

— Amstel. 1647. fol. maj. t. 67. fig. plurimæ.

Florilegii pars secunda.

— Amstel. 1654. fol. maj. t. 43. fig. plurimæ.

Plantas Hortenses bodie vulgares depingit, tum vero raras.

BRY Johan. Theodorus.

Florilegium renovatum.

— Pars I. Anno 1612. II. 1614. III. 1618.
fol.

PASSÆUS Crispinus.

Hortus Floridus.

— Arnh. 1607. 4°. oblong.

— Ultraj. 1614. 4°. oblong. icon. 325.

IV. DE-

IV. DESCRIPTORES.

Descriptores sunt, qui verbis convenientibus plantarum facies & partes indicare voluerunt, ne unam pro altera sumamus.

Adeoque planta, quæ a nullo Botanico nominata est, dicitur nova; quæ autem denominata, sed non descripta est, dicitur minus nota.

Cum figuræ non semper exhibere possimus, nec omnia adeo accurate iisdem illustrare, necessariæ sunt Descriptiones: imo magis e re sunt, quam ipsæ figuræ.

Veteres plurimi superficialia tantum, & quæ in oculos primum incurrebant adnotarunt, reliqua ut supervacanea reliquerunt.

Dolendum est, Veterum optime inceptas Descriptiones non prosequi a nostra ætate; & nescio quid fascinaverit nostros, ut tota mens trahatur ad peregrinas plantas: illæ vero, quas pedibus conculcamus, omnino relinquuntur.

Putat fere maxima pars Botanicorum, plantas vulgares ita esse descriptas, ut nihil addi possit: sed illi adeant *Raji Historiam*, ab omnibus descriptoribus mere selectam ac in volumen collectam, & videbunt ne decimam partem perfecte descripatam esse; reliquæ vero plurimæ multa continent.

nent. Redeant itaque cultores ad Descriptiones plantarum vulgarium, si quis amor Botanices!

UNIVERSALES Descriptores vocantur, qui fere omnes sibi notas plantas describere tentarunt, quos in tres sectiones distinguo: *Neglectos* scilicet, *Ustatiissimos*, & *Selectos*.

§. I. N E G L E C T I.

Neglecti Descriptores Universales sunt Veteres, qui sine notabili *angustia* plantas descripserunt, & hoc tempore rarius in usum adhibentur.

BRUNFELSIUS Otto. *Moguntinus.*

Herbarium sive Kräuter-beschreibung.

— Argent. 1530. 1531. 1536. tom. 3. germ. fol.

— Argent. 1537. tom. 3. folio.

DORSTENIUS Theodorus.

Botanicon.

— Francf. 1540. fol. p. 306. latin. fig.

TRAGUS Hieronymus. alias *Bock*.

Historia stirpium sive Kräuterbuch.

— Argent. 1552. 4°. lat. p. 1200. fig. 567.

— Argent. 1572. fol. germ. auctior.

— Argent. 1586. fol. germ. folio. 454.

— Argent. 1595. fol. germ.

— Argent. 1630. fol. germ.

ROSS.

32 DESCRIPTORES NEGLECTI

ROSSLIN Eucharius. alias *Rhodion.*

Botanicum Francofurtense.

— Francf. 1546. fol.

LONICERUS Adamus. *Heßus.*

Opus Historiæ naturalis.

— Francf. 1551. fol. lat.

Herbarium.

— Francf. 1573. fol. germ.

— Francf. 1598. fol. germ.

— Francf. 1630. fol. germ. auctius.

Sub antecessoris sui *Rösslini* sive *Rhodii* nomine pri-
mum prodiit, tandem 1569, remoto *Rhodii* no-
mine, suum præfixit *Lonicerus*, teste C. Bauh.

RUELLIUS Johannes.

Libri III. de natura stirpium.

— Basil. 1537. folio.

— Basil. 1543. folio.

TURNERUS Guilielmus.

Anglus:

Historia plantarum Angliæ.

— Lond. 1551. fol. anglice. alphabetice. fig.

— 1568. fol. germ. figuris neglectis.

THURNEISSEURUS Leonhardus.

Historia seu Descriptiones plantarum.

— Berol. 1578. fol. lat. p. 156. fig.

— Berol. 1578. fol. germ.

DURANTES Castor.

Medicus Romanus:

Herbarium novum.

— Venet. 1602. fol. Italice. p. 492.

— Venet. 1684. fol. Ital. fig. 897. alphabetice:
ligate.

Hof:

Hortus Sanitatis.

— Francf. 1609. germ. 4°. p. 1081. figuris.

CARRICHTHERUS Bartolomæus.

Herbarium magnum s. Gros Kreyterbuch.

— Francf. 1673. p. 374. figuris.

NYLAND Petrus.

Herbarium s. Kreyterbuch.

— Osnabr. 1672. 4°. p. 395. figuris.

PHILOMUSIUS *nomen fictum.*

Herbarium s. Kreyterbuch.

— Argent. 1576. fol. germ.

— Argent. 1595. fol. germ.

VERZASCHÄ Bernhardus.

Herbarium.

— Basil. 1678. fol. germ.

SYRENNIUSA Simon.

Polonus.

Herbarium.

— Cracov. 1613. fol. polon. p. 1540. figuris.

ZEDORA.

Polonus.

Herbarium Polonicum.

— Varsov. 1595. fol. polonic. p. 484. figur.

ANONYMUS.

Herbarius patrius.

— Anno Domini &c. 1485. folia 100. 4°. Italo monach.

VIGIER Johannes.

Historia plantarum Europæ & usualium Asiacæ, Africæ &c.

C

Histo-

Historia Lion. 1718. 8°. gallic. p. 866. fig. parv.

CORDUS Euricius.

Heßensis.

Botanologicum.

— Colon 1534. 8°.

DE VILLE Johannes Baptista.

— Historia plantarum Europæarum.

— — — Lion. 1706. 8°. gallice. p. 866. figuræ 866. minimæ B.

Tradit nomen, synonyma, qualitates, descriptiones, loca, usus. Methodo C. Baubiniana.

CULPEPER Nicolaus.

— The English Physician enlarged.

— — Londini. 1661. anglice. p. 398.

§. II. USITATISSIMI.

Usitatissimi Descriptores sunt, qui plantas fatis bene descripserunt, quique in quotidianum usum a Botanicis adhibentur.

CORDUS Valerius.

Historia stirpium.

— Argent. 1561. fol. fig. 272.

FUCHSIUS Leonhardus.

Germ. - Rhetius

Historia plantarum.

— Basil. 1542. imper. lat.

— Lugdb. 1549. 8°. lat. p. 851. fig. sparsæ parvæ. C.

Histo-

DESCRIPTORES USITATISSIMI. 35

Historia Lugdb. 1551. 8°. lat. fig. sparsæ parvæ. C.

— Lugd. 1555. 12°. lat.

— Paris. 1549. folio gallic.

— Bafil. 1543. fol. germ. fig. 516.

GERARDUS Johannes. *Anglus.*

Historia plantarum.

— Lond. 1597. fol. anglice.

— Lond. 1636. fol. angl. p. 1630. emaculata.
à Johnsono.

TABERNÆMONTANUS Jacobus Theodorus.

Historia plantarum. tomii tres.

— Francf. 1588. fol. germ. fig. 2087.

— Francf. 1613. fol. germ. emac. à C. Bau-
bino.

— Bafil. 1731. fol. germ.

CÆSALPINUS Andreas. *Aretinus.*

— Libri XVI. de plantis.

— — Florent. 1633. 4to. p. 621. absque fi-
guris.

*Systema integrum absolvit: Classes scilicet, species,
locum, veterum patrum de singula planta
sententias.*

*Descriptiones breves quidem, sed propriæ & sèpius
facillimæ.*

DODONÆUS Rembertus. *Mechliniensis.*

Historia vel Pemptades stirpium.

— Antw. 1557. fol. gallice.

— Antw. 1583. fol. latine. fig. 1305.

— Antw. 1616. fol. lat. auctior. p. 872. fig.
1341. C. sparsæ.

36 DESCRIPTORES USITATISSIMI.

Hæc editio optima est, & usitatissima, figuris in Europæis plantis usitatissimis & bonis.

Herbarius seu Kruyd-boeck.

— Antv. 1464. fol. belgice. p. 1492. figuris C. sparsis.

LOBELIUS Matthias. *Insulanus.*

Historia Stirpium (observationes).

— Antw. 1576 fol. p. 671.

— Antw. 1681. fol. belgice.

Figuræ Europæarum bonæ, descriptiones compilatæ ab antiquis minoris usus.

Adversaria Stirpium.

— Antw. 1676. fol. p. 471. figuris β. sparsis minimis.

Descriptiones debiles; de loco magis sollicitus fuit author.

Herbarius seu Kruydt-boek.

— Antv. 1581. fol. belgice. pars α. 994. α. 312. figuris plurimis.

CLUSIUS Carolus. vide VI. 1.

TURRE Georgius.

Historia plantarum.

— Patav. 1635.

Auctor est rarissimus, nec hactenus nobis obvius est.

DALECHAMPIUS Jacobus. *Gallia-Cadom.*

Historia generalis plantarum. (Latina.)

— Lugd. 1587. fol. tom. 2. pag. 1095. & 1922. figuris appendix. p. 36.

Figuræ ex aliis mutuatae, descriptiones congestæ in molem.

Histo-

DESCRIPTORES USITATISSIMI. 37

Historia generalis plantarum. (Gallice).

— Lion. 1653. fol. gall. tom. I. p. 690. tom.
2. p. 758. fig. sparsis.

Molinæus Job. suum nomen huic, ut Rovillius Gu-
lielm. priori præfixit.

Idemque opus hocce postumum edidit, hinc
quibusdam Molinæi Histor. Lugd. dicitur. fi-
guræ 2686. sed 400. bis positæ. hinc

BAUHINI C. Animadversiones in Historiam Lug-
dunensem Francf. 1601. 4.

PARKINSONUS Johannes. *Anglus.*

Theatrum Botanicum.

— Lond. 1640. fol. angl. p. 1646. figuris.

Paradisus terrestris.

— Lond. 1629. folio.

MUNTINGIUS Abrahamus.

Historia generalis plantarum.

— Lugdb. 1696. fol. belgice.

Phytographia.

— Lugdb. 1702. imper.

— Amstel. 1711. fol.

ZWINGERUS Theodorus.

Theatrum Botanicum.

— Basil. 1699. fol. germ. p. 995. figuris.

CHERLERUS Johannes Henricus.

